

les de pace tenenda ipsi archiepiscopo
juraverunt. Eodem anno predictus Chri-
stianus archiepiscopus venit Pisas ip-
so die kal^{endarum} julii, et in magno Pisano-
rum parlamento cum consulibus
Lucanorum, et Januensium inter-
fuit, et eorum sapientibus, ^{quibus et} ~~qui~~ si-
militer Pisanis, et Florentinis, qui
ibi similiter magnifice aderant,
precepit, ut inter se, et suos co-
adunatores firmam pacem tenerent.
Et si qua ex tunc offensa hinc inde
fieret, eam in ^{XL} ~~XL~~ dies emendari fe-
cit et precepit; quod similiter inter
se consules ipsorum ~~communium~~
juraverunt, Et duos homines de
qualibet civitate elegerunt, qui om-
nes discordias terminarent. Et ut
pax illa melius completeretur, et te-
neretur, ^{ut} de mandato ipsius archiepis-
copi factum, ^{est} ~~et~~ quod Pisani mise-
runt Florentiam ~~centum~~ milites
captivos de carceratis Lucanis, qui
Pisis erant, et Lucenses miserunt
Pistorium milites ^{XV} ~~XL~~ et pedites
^{XL} ~~XL~~ Pisanos, qui erant carcerati
in civitate Lucana. Quo facto, pre-
dictus archiepiscopus precepit

Christ. h. l. d.

a) et b.

inter of... - junatores P. mense.

a) formam v.

Effect et v. l.

fect, et p. acc., quod b

teneret b